UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Prima pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Visual Library

lapidare voluerant ſaluatorē. Conſidera vt dicit Grego. ſalua toris noſtri manſuetudinem et humilitatem. qui cum potencia diuinitatis nutu tacito mentis. ſuos perſecutores poſſet in penas ſubite mortis obruere. tanꝗ̄ pauidus humilit̄ ſe abſcondit Et hoc ꝓpter tria. Primo quia nondū aduenerat tps ſue mortis vt dicit Alchimius. Scdo quia tale genus mortis nō elegerat. Tercio vt daret exemplū ſuis fidelibus non reſiſtere ꝑſecutionib9 ſed fugere. Mat. 10. Si vos ꝑſecuti fuerint in vna ciuitate. fugite in aliam ꝛc.

Dominica in ramis palmaꝝ Ser. xxxiiii

Prima pars

Um appropinquaſſet iheſus hieroſolimis ꝛ veniſſꝫ Bethphage ad montem oliueti ꝛc. Mat. 21. Hoc idem legitur Mar. 11. Luc. 19. Johis. 12. Et ſi cō tempſit xps om̄ez gloriam mundi. tn̄ aſcendens hieroſolimaꝫ ad paſſionem. claritatem excellentiam ꝛ honorem regalem ſuſcepit hodierna die. turbis acclamantib9 laudes. ramos ex arboribus precidentib9 atqꝫ in via ꝓſternentibus veſtimenta. Quod ideo xps fieri voluit. vt illud magnuꝫ vnigeniti filij dei nomen ꝑ crucis miſterium coram regibus et poteſtatib9 huius ſeculi. libera voce predicaretur q̄tenus in noīe iheſu crucifixi omne genu flectat̄ celeſtiū. terreſtriū et infernoꝝ et omis lingua confiteatur. quia dn̄s noſter iheſus xps in gloria eſt dei patris. In hoc igit̄ euangelio tria ↄtinentur. Primū eſt ſaluatoris imperiū paſſioni appropinquantis. Scd̄m eſt ſcripture teſtimonium hoc totum prenūciantis. ibi: hoc aūt totum factuꝫ eſt ꝛc. Tertiū eſt turbe tripudium xp̄m honorantis ibi: Euntes autem diſcipuli ꝛc A Circa primuꝫ tria facit. p̄mo nanqꝫ tria exprimit loca. duo vbi erat xpus. tertiū cui erat ꝓpinquus Eſt autem ſciendūꝫ ꝙ vt legit̄ in Jo. ante ſex dies paſce ſabbato viꝫ ante dn̄icam palmaꝝ xps applicuit bethanie quod erat caſtellum marie ꝛ marthe diſtans a hierl̄m quindecim ſtadijs. modicum minus duobus milliarijs. vbi fecerunt chriſto cenaꝫ et martha miniſtrabat. Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus apportauit aūt maria pixideꝫ de alabaſtro vnguenti nardi piſtici precioſi. ꝛ vnxit caput ꝛ pedes chriſti et extersit capillis ſuis. et domus impleta eſt ex odore vnguenti. Cum venerunt autem Bethaniam multi non tantum propter iheſum. ſed vt Lazarum viderent reſuſcitatuꝫ a mortuis. die vero ſequenti

tali die ſicut eſt hodie mane facto chriſtus receſſit de bethania.
vt veniret hieruſalem: Et cum apropinquaſſet iheſus hieroſo-
limis et veniſſet bethphage: qui erat viculus ſacerdotum. di
ſtans a Bethania vnde chriſtus receſſerat minus vno miliari.
A hieruſalem vero diſtabat per miliare integrum: ad montem
oliueti: dicitur mons oliueti ꝓpter multitudinem oliuarum que ibi
naſcebantur. in quo monte erat ille viculus bethphage. Secundo
tangit quid impoſuerit diſcipulis: tunc: ſcilicet cum peruenisset beth-
phage: ad montem oliuarum ⁊ eſſet proximus hieroſolimis ꝑ mi-
liare: miſit duos diſcipulos: Ambro. Hilarius ⁊ magiſter in hiſto
rijs dicunt ꝙ fuerunt petrus ⁊ philippus. Sed magiſter Otto dicit
ꝙ fuerunt duo fratres ſcilicet petrus ⁊ andreas: dicens eis B
Ite in caſtellum quod contra vos eſt: Caſtellum appellat hieruſalem
que erat eis econtra ad radices alterius montis. ſcilicet montis ſyon
Nota ꝙ hieroſolimam non noiat ciuitatem ſed caſtellum. quia
ꝓpter iniquum conſilium ibidem habitum de morte xpi. ipſa hierusalem
iuſte perdiderat ciuilitatis dignitatem. ſicut etiam quecunque ciuitas
ſuam perderet dignitatem ſi aduerſus imperatorem conſpiraret. Vnde
quaſi deſpectiue dicit. Ite in caſtellum quod econtra vos eſt. Erat
autem iſtud caſtellum contra diſcipulos non ſolum ſitu. ſed etiam
per inimicitiam. erexit enim ſe ciuitas illa contra apoſtolos quatuor
munitionibus quaſi quatuor turribus. Prima turris fuit falſa ſcripture
intelligentia. Sed aduerſus hanc dimicauerunt apoſtoli machina
fidei. i. Johannis. 5. Hec eſt victoria que vincit mundum fides noſtra
Secunda turris fuit munimentum terrene poteſtatis. contra quam
oppoſuerunt apoſtoli humilitatem. i. Corinthios. i. infirma mundi elegit
deus vt confundat fortia ⁊ ignobilia mundi. ⁊ contentibilia ele
git. ⁊ ea que non ſunt. vt ea que ſunt deſtrueret. ⁊ non glorie
tur omnis caro in conſpectu eius. Tercia turris fuit ſimulata iu
ſticia. cui oppoſuerunt apoſtoli vite veritatem. ad Thi. z. Sobrie
⁊ pie et iuſte viuamus in hoc ſeculo. Quarta turris fuit carnis
laſciuia quam confregerunt apoſtoli per temperantiam et caſtitatem
Ro. 13. Non in comeſſationibus et ebrietatibus. non in cubilibus
⁊ impudicicijs. non in contentione ⁊ emulatione. ſed induimini
dominum iheſum xpm. et carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Iſtud
igitur caſtellum gentis iudaice ſic munitum apoſtoli eiecerunt.
⁊ habitatores occiderunt gladio verbi dei. vt morerentur et vi-
uerent xpo. Deinde oſtendit ad quid eos miſerit: ⁊ ſtatim in-
uenietis aſinam alligatam: Iſta aſina erat ad portam ciuitatis
deputata ad vſum pauperum. qui propria non habebant iumenta. cumque
aliquis fuiſſet operatus in ea dabat ei pabulum ⁊ pullo etiam qui pariter

cum ea ad communia opera nutriebatur: et pullū cum ea:
In Marco dicit. ꝙ ſuper iſto pullo nullus adhuc hoim ſederat
Solluite: erat enim ligatus pullus foris ante ianuam in biuio.
: et adducite mihi: Ecce igitur vt dicit Criſ. ꝙ̄ humile et con-
tentibile animal xp̄us rex regum elegit quo vectus hieruſalem
ingreſſus eſt. Tercio ponit quid reſpondere oporteret ↄtradicē
tibus: Et ſi quis vobis aliquid dixerit: quaſi ꝓhibens ſoluere
animal. aut inquirens ad q̇d ſoluatur: dicite quia dn̄s his op⁹
habet: domin⁹ nomen poteſtatiuū eſt. cui nemo poteſt reſiſtere
Et confeſtim admittet eos. qḋ duobus modis intelligi poteſt.
Vno modo ſm Criſ. vt hoc dictum referat ad xp̄m ſic dicite. qꝛ
dominus his opus habet. ⁊ cū operatus fuerit ſtatim dimittet
eos. Nam qn̄ xp̄us ingreſſus fuit hieruſalem ſtatim remiſit ani
mal ad dn̄m ſuum. Vel aliter ſm Glo. Ipſe dominus animaliū
ſtatim demittet eos vobis cū dixeritis. quia dn̄s his opus ha-
bet. Conſidera ſm Theophilū. q̄nta dominus predixit diſcipu
lis. ⁊ ꝙ inuenirent animalia alligata. et ꝙ impedirentur ab ac
cipiendo ⁊ ꝙ dicto verbo xp̄i ꝑmitterent accipere ꝛc.

Secunda pars

Ecundo cum dicit. Hoc aūt totum ꝛc. tangit ſcriptu-
re teſtimoniū hec omnia preenunciantis. Et duo facit.
Premittit enim ratio rei facte: hoc aūt totum factum
eſt vt adimpleretur qḋ dictum eſt per ꝓphetaꝫ dicentem. zach
9. ſm ꝙ dic glo. ideo huic facto adhibetur ꝓphete teſtimoniuꝫ
vt appareat ꝙ omnia cōpleta ſunt que de xp̄o erant ſcripta. ſꝫ
ſcribe ⁊ phariſei cecati inuidia. non intelligebant que legebant
Et attende ꝙ non iō cauſaliter iſta facta ſunt qꝛ erant ſcripta
ſed econuerſo quia futura erant. ideo ſcriptura predixit. Vn̄ cuꝫ
dicit euangeliſta. hoc aūt totum factum eſt vt adimplerent ꝛc.
iſtud vt ſe tenet conſecutiue ⁊ non cauſalit. ad ꝓphetiam enim
illam conſecutū eſt iſta fieri ¶ Secundo verba ꝓphete in
ducuntur: dicite filie ſyon: Syon eſt mons ad cuius radicē erat
ſita hieruſalem, in ſūmitate vero montis erat arx in qua erat ſa
cerdotale templum et habitatio regis. ꝓpter qḋ hieruſalem di
citur filia ſyon. quia erat edificata i ſyon. ⁊ quia ab arce ſyon
erat ei defenſio ⁊ regimen regale. ⁊ doctrina ſacerdotum. Et at
tende ſm Criſ. ꝙ ſciens ꝓphete iudeoꝝ malitiam. qꝛ ↄ̄dicturi
erant xp̄o aſcendenti in templū premonuit eos per hoc ſignuꝫ
quia vero ꝓpheta ſciebat ſe moriturum timens ne iudei obliui-
ſcerentur iſtius prophecie. Ideo omnes ſequentes rogat vt an
nuntient etiam continue et inſtanter hanc prophetiam cum